UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri apostatæ super actis Ratisponæ

Eck, Johannes

Ingolstadii, 1543

VD16 E 416

Aphricana Co[n]cilia in causa Apiarij no[n] aduersaba[n]tur sed. apost.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30106

Visual Library

Cauſa Apiarij.

cæ,etiam per primates ſex condemnato(cui condemnatio-ni S.Aug.quoq; interfuerat) à ſede tñ apoſtolica aduerſus eccleſias Aphricanas pleniter reſtituto autoritate Concilij Niceni per Zozimum & Bonifaciũ Romanos pontifices. Vide de primatu Petri lib.3.ca.10.nã & tota Aphrica ceſſit ſententiæ pontificum Romanoꝝ,& paſſa eſt ſe iudicari,ſed hoc non patitur Bucer, nec ſua eccleſia malignantium,vbi oĩs malus conatus Buceri ex ĩpo facto re ipſa conuincitur. Quare manifeſtum eſt illationẽ eius ſequentem eſſe falſam & incõmodam,dũ ait:Hinc itaq; clare intelligitur, &c. qa negato antecedente,vt iã euidẽter docuimus,negamus cõ-ſequens & conſequẽtiam.Reſponde Bucere ſi potes, qa oẽs ſequentes cauilli tui fundamento hoc diruto cadunt.

Fol.26

Defenditur Gratianus.

Sed qs nõ rideat,aut potius abominet Sycophantã Bucerũ,q poſtq̃ Gratianũ citaſſet,bona fide autoritatẽ Conciliorũ titulo tenus quoq; euocantẽ,& in fine pro more ſuo adieciſſet, q̊ pacto concordari poſſent Concilioꝝ decreta primo aſpectu diſcordantia.Quod dum ſynceriter faciat Gratianus admirandæ diligentiæ & laboris autor,adhuc calũniator ei iraſcitur,quod falſum dixerit,neq; quicq̃ adfert ꝑ calumnia ſua in Gratianum. Valeat vt meretur Bucer.

Sic falſum aſſumit Bucer,deũ ꝓcepiſſe,vt Concilia gñalia habeant:oſtẽdat hoc ex euangelio ſuo. Veꝝ eſt,deus ꝓbat, ſi duo aut tres cõueniant in noĩe ſuo . Quod facit qdẽ pro Concilio.At eo loci nihil præcepit Chriſtus,ſed ꝓmittit.

Concilia Aphricana nõ contra Papã, ſed contra conciliabula.

Citat Bucer can.126.Concilij Aphricani.Ego habeo exemplaria ſcripta & impreſſa,in quibus non memini me huiuſmodi canonẽ vidiſſe,& reſtitutus Apiarius à Rom.pon. Zozimo & Bonifacio,contrarium euidenter probat.Non enim hoc quod apoſtata hic prætendit obiecerunt Aphricani,ſed duntaxat ſupplicarunt ad vitanda ſcandala , ne in eãdem eccleſiam reſtitueretur Apiarius.

Eadem dexteritate citat canonẽ S. Cõcilij Niceni, preſ-

ſos debere appellare ad maius & frequentius Concilium, quod etiam me legiſſe memini in Concilijs. Verum Nicenum Concilium nihil horꝶ meminit, quod ſciam. Hoc aūt ſcio me legiſſe in quarto Concilio Carthagineñ. Hereticorum cœtus, non eccleſia, ſed conciliabulū eſt. Cur hoc non adduxit Bucer, contra prꝰſumptum ſuoꝶ excucullatorum Concilium? Remittit ſe apoſtata ad articulum de eccleſia: at in Apologia cenſuram erratuum accepit.

Fol. 27 In contentionem deſcendit Philiſtæus noſter, alijs volentibus nullum omnino debere fieri Concilium. Contentiones illas habent hæretici inter ſe. Nemo em̄ catholicoꝶ non ex animo cupit legittimū fieri Concilium. Ideo non reſpondeo ad inique citata à Bucero.

Sed audi Bucere. Neſcis hoc antiquum, oportet mendacem eſſe memorem: cum paulo ſuperius pro baſi falſitatis tuæ aſſumpſeris, pios olim reges de reſtituenda religione nihil prorſus cum ſacerdotibus cōſtituere potuerunt: modo tui oblitus aſſeris. Hinc Moyſi ſtatim conſilium adiunctum eſt ſeniorum, ingens multitudo Leuitarum præfecta eſt ſacris, & selectorum ex his ſacerdotum. Hosq; pij ſemper reges in conſeruandis & reparandis religionibus, religioſe conſuluerunt. Nec enim Dauid ſacras cæremonias tam magnifice inſtituit, nec Ezechias & Ioſias reſtituerunt, abſque ſacra Synodo ſeniorum, ſacerdotum, prophetarum & Leuitarum. Ecce nugiuendum Satyrum, qui ex eodem ore calidum ſpirat & frigidum. At huiuſmodi antilogiæ & contradictiones Lutheranis ſunt familiares, velut faber epiſcopus Vienneñ. ad oculum monſtrauit, & Septicipites Cochlęi noſtri, vbi Luther & diſcipuli eius nec verbum auſi ſunt reſpondere.

Bucer aperte ſibi contradicit.

Iaces Bucere.

Proderit & hoc nobis aduerſus Buceꝶ, ꝙ tam incircūſpectus eſt. Euomit oīa incōſiderate ꝓ vlcerato aīo ſuo & hæretico ſtomacho: Synodos non eſſe celebrādos. Induxit

Grego-